Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26379
Copyright: Admont, Benediktinerstift





& ita nulla res semp illesa durare potest. Vnde dr:
Omne opus electū iustificabit. & q̄ opatur illud
honorabit in illo. & omne opus corruptibile in
fine deficiet. & q̄ opatur illud pibit cū illo.
Allegorice ū erugo supbiā significat que ubicūq;
fuerit spitaliū donoꝝ thesaurū dissipat ac omnē
decorē & uirtutū robur obfuscat. Tinea enī inui
diā designat que latent corrodit que studium
bonū lacerat. & unitatis cōpactionē demoliri n̄
cessat. Fures nāq; sunt demones & heretici semp
adhoc intenti ut spitales thesauros habentes de
predent. & onustos ornamētis uirtutū spolient.
Alio sensu. Omnis nāq; res sordescit cū inferiori
miscetur nature. Sic & animus nr̄ terrenoꝝ
cupiditate sordescit. quāuis ipsa terra munda
sit in suo genere atq; ordine. in spitaliū ꝟ deside
rio mundus pseueret. q̄ quecūq; celestia sunt
munda sunt. Vbi ē thesaurus tuus. ibi ē & cor
tuū. Hoc n̄ solū de pecunia s; & de cunctis passi
onib⁹ sentiendū est. Lasciui ludicra amatoris
libido ac gulosi ds uenter ē. Vbi g̊ habet cor
ibi thesaurus tuus est. Luxuriosi thesauri epule
sunt. huic seruit unusq̄q; a quo uincitur.